52

# Folium liij

nos ꝛ infirmos adiuuandū. qd̄ notat̄ cū dicitur paraclitus. Scd̄o ad viuificādum mortuos. qd̄ notatur cum dicitur spiritus. quia per spiritū viuificamur. vn̄ Ezech. xxxvij. Ossa arida audite verbū domini et ego mittam in vos spm̄ ꝛ vos viuetis. Tertio ad saluandū iustos. qd̄ innuit̄ cum dicitur. In nomine meo. nomen em̄ filij est Jesus ꝛ interpretatur salꝰ vel saluatoꝛ. quia in nomine salutis pater misit spiritum sanctum vt ostēdat ꝙ ad saluandum gentes venit. Quarto ad docendum ignaros. ꝛ hoc innuitur ibi. Ipse docebit vos omnia.

Pro terminis nota. amplectendo est gerundiū illius verbi amplectoꝛ et ponitur hic in actiua significatione. Item insolitus est nomen adiectiuum. ꝛ idem est qd̄ inconsuetus. Similiter inauditus est nomen adiectiuū ꝛ nō participiū. quia inaudioꝛ non dꝛ. ꝛ dicitur ideo inaudito in littera. quia spiritussanctus dedit apostolis nouū modum loquendi omnium linguarum ꝛ hoc fuit prius inauditum.

**V** **Eni sancte spiritus et emitte celitus lucis tue radiū**
**Ueni pater pauperuz. veni datoꝛ munerum veni lumen coꝛdium**

Nec est alia sequentia q̄ cātatur in die pēthecostes. in q̄ autoꝛ inuocat spiritūsanctū dicens. O (sanctespūs veni) scȝ per gratiā tuam (ꝛ emitte celitus) id est de celo (radiū) id est splendoꝛem (tue lucis) id ē gratie. O (pater paupeꝝ veni) et o (datoꝛ) id est clemens largitoꝛ (muneꝝ) scȝ omnium (veni) O (lumen) id est illustratoꝛ (coꝛdiū) id est mentium (veni)

Notandū scribitur Actuū primo. Accipietis virtutē superuenientis spiritussancti. Vn̄ sciendū. ꝙ homo accipit ꝑ virtutem spiritussancti tria. scȝ animā. gratiam et coꝛonā. De ꝓmo dicit p̄s. Qui nō accepit in vano animā suam nec iurauit in dolo pꝛoximo suo. Unde homo accepit animam suam a deo inspirante. vt deus accipiat eam ab homine expirāte. homo accepit animā ad vitam transitoꝛiā. deus autē ad vitam eternam. Unde Joh. in euangelio. Iteꝝ venio ad vos. ꝛ accipiam vos ad meipsum. Secundo homo accipit gratiā. Unde nota. ꝙ gratia siue vnctio spiritussancti non a fatuis sed a pꝛudētibꝫ accipitur. sicut habetur de septem virginibus pꝛudentibus. vnde Math. xxv. dicitur. Pꝛudentes vero virgines acceperūt oleum secū in vasis suis cū lampadibꝫ. per oleum intelligit̄ gratia spiritussancti. Unde p̄s. Oleo sancto vnxi eū. Sed fatue virgines acceptis lampadibꝫ non sumpserunt oleum secum. Et dixerūt fatue sapiētibus. date nobis de oleo vestro qꝛ lāpades nostre extinguūtur. Unde per lampades ardentes intelligitur feruens amoꝛ dei ꝛ pꝛoximi quem homo amittit. qui gratiam sancti spiritus non habet. vnde fatuus libentius accipit potentiam q̄ꝫ regnum celoꝛum. et illis dicitur. Amen dico vobis. nescio vos. Tertio per virtutem spiritussancti homo accipit coꝛonam. de tali autem virtute spiritussancti dicit Leo papa ꝙ spiritussanctus desiderabatur ab apostolis. vt sancta ipsoꝛum pectoꝛa accenderet et mundaret et mundata vlterius confirmaret. ꝛ confirmata ad eternaȝ beatitudinem

b iiij

adsit nobis gratia. praesente Abbate. Fecerat et idem papa sequentiam de S. Spiritu, videlicet Veni sancte Spiritus. hactenus Ekkehardus quam tamen auctor Martyrologii Gallicani cap. 4. Apparat Roberto Francorum Regi attribuit.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-823/0103
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG